Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo CII

urn:nbn:de:bsz:31-64194

Visual Library

sed propter se ipsum tenetur & habetur; ibi ergo finis qui sufficit nobis aeternus ~~igitur~~ erit; neq; enim nobis sufficit finis nisi cuius nullus est finis, hoc inspiratum erat philippo quando dixit · ostende nobis patrem & sufficit nobis; in qua ostensione se promisit & filius dicens · Non credis quia ego in patre & pater in me est. De hoc itaq; quod sufficit nobis rectissime audimus · Gaudium uestrum nemo tollet a uobis · De hoc etiam quae superius dicta sunt melius existimo intellegi · modicum & iam non uidebitis me · & iterum modicum & uidebitis me; modicum est enim hoc totum spatium quo praesens peruolat saeculum · unde dicit idem ipse euangelista in epistola sua · nouissima hora est; ideo namq; addidit · quia uado ad patrem · quod ad priorem sententiam referendum est ubi ait · modicum & iam non uidebitis me · non ad posteriorem ubi ait · & iterum modicum & uidebitis me; eundo quippe ad patrem facturus erat ut non eum uiderent · ac per hoc non ideo dictum est · quia fuerat moriturus & donec resurgeret ab eorum aspectibus recessurus · sed quod esset iturus ad patrem · quod fecit postea quam resurrexit & cum eis postea XL dies conuersatus ascendit in caelum; Illis ergo ait · modicum & iam non uidebitis me qui eum corporaliter tunc uidebant quia iturus erat ad patrem · & eum deinceps mortalem uisuri non erant · qualem cum ista loqueretur uidebant; quod uero addidit · & iterum modicum & uidebitis me · uniuersae promisit ecclesiae · sicut uniuersae promisit · ecce ego uobiscum sum usq; in consummationem saeculi · Non tardat dñs promissum; modicum & uidebimus eum · ubi iam nihil rogemus · nihil interrogemus · quia nihil desiderandum remanebit · nihil quaerendum latebit; hoc modicum longum nobis uidetur · qñm adhuc agitur · cum finitum fuerit · tunc sentimus quam modicū fuerit · Nunc ergo sit gaudium nostrum quale habet mundus · de quo dictum est · mundus autem gaudebit; nec tamen in huius desiderii parturitione gaudio tristes simus · sed sicut ait apostolus · spe gaudentes in tribulatione patientes · quia & ipsa parturiens cui comparati sumus · plus gaudet de mox futura prole · quam tristis est de praesenti dolore; sed huius sermonis iste sit finis; habent enim quaestionem molestissimam quae sequuntur · nec breuitate coartanda sunt · ut possint commodius si dñs uoluerit explicari.

INCIPIT SERMO · CII · DE EO QUOD DICIT · AMEN AMEN DICO UOBIS SI QUID PETIERITIS PATREM IN NOMINE MEO DABIT UOBIS · USQ; AD ID · ITERUM RELINQUO MUNDUM ET UADO AD PATREM ·

Dñi uerba nunc ista tractanda sunt · Amen amen dico uobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis; iam dictum est in supe

rioribuſ huiuſ dominici ſermoniſ partibuſ propter eoſ qui non nulli pe
tunt a patre in xp̄i nomine nec accipiunt. Non p&it in nomine ſaluatoriſ
quidquid p&itur contra rationem ſalutiſ; non enim ſonum litterarum ac
ſyllabarum. ſed quod ſonuſ ipſe ſignificat. & quod eo ſono recte ac ueraciter
intellegitur. hoc accipiendus eſt dicere cum dicit. in nomine meo; unde qui
hoc ſentit de xp̄o quod non eſt de unico dī filio ſentiendum. Non p&it in eiuſ
nomine. &iam ſi non taceat litteris ac ſyllabiſ xp̄m. qnm̄ in eiuſ nomine p&it
quem cogitat cum p⁢ qui uero quod eſt de illo ſentiendum ſentit. ipſe
in eiuſ nomine p&it. & accipit quod p&it ſi non contra ſuam ſalutem ſempi
ternam p⁢ accipit autem quando deb& accipere. quaedam enim non
negantur. ſed ut congruo dentur tempore differuntur; ita ſane intellegen
dum eſt quod ait. dabit uobiſ. ut ea beneficia ſignificata ſciantur hiſ uerbiſ
quae ad eoſ qui p&unt. proprie pertinent; exaudiuntur quippe omneſ
ſc̄i pro ſe ipſiſ. non autem pro omnibus exaudiuntur uel amicis uel inimiciſ
ſuiſ. uel quibuſ lib& aliiſ. quia non utcumq. dictum eſt dabit. ſed dabit uobiſ.
Uſq. modo inquit non p&iſtiſ quicquam in nomine meo; p&ite & accipi&iſ.
ut gaudium ueſtrum ſit plenum; hoc quod dicit gaudium plenum. profec
to non carnale ſed ſpiritale gaudium eſt; & quando tantum erit ut aliquid
ei iam non ſit addendum. procul dubio tunc erit plenum. quidquid ergo
p&itur quod pertineat ad hoc gaudium conſequendum. hoc eſt in no
mine xp̄i p&endum. ſi diuinam intellegimus gratiam. ſi uere beatam poſ
cimuſ uitam; quidquid autem aliud p&itur. nihil p&itur. Non quia omni
no nulla reſ eſt. ſed quia in tantae rei comparatione quidquid aliud con
cupiſcitur nihil eſt; neq. enim prorſuſ nulla reſ eſt homo de quo ait a
poſtoluſ. qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit; In comparatione quip
pe ſpiritalis hominiſ qui ſcit gratia dī ſe eſſe quod eſt. quiſquis uana
praeſumit nihil eſt; &iam ſic ~~ergo~~ recte intellegi poteſt. Amen am̄
dico uobiſ. ſi quid p&ieritiſ patrem in nomine meo dabit uobiſ. ut hoc
quod ait. ſi quid. Non quodlib& intellegatur. ſed aliquid quod non in
beatae uitae comparatione ſit nihil; & quod ſequitur. Uſq. modo non
p&iſtiſ quicquam in nomine meo. duob; modiſ intellegi poteſt. uel
quia non in nomine meo p&iſtiſ. quod nomen non ſicut cognoſcen
dum eſt cognouiſtiſ. uel non p&iſtiſ quicquam. qnm̄ in comparatio
ne rei quam p&ere debuiſtiſ. pro nihilo habendum eſt quod p&iſtiſ;
Ut igitur in eiuſ nomine non nihil ſed gaudium plenum p&ant. qnm̄
ſi aliquid aliud p&unt. idem aliquid nihil eſt. exhortatur dicenſ.
P&ite & accipi&iſ. ut gaudium ueſtrum ſit plenum. id eſt hoc in nomine

meo petite. ut gaudium uestrum plenum sit. Et accipietis; isto enim
bono in petendo perseuerantes scos suos. nequaquam misericordia
diuina fraudabit; Haec inquit in prouerbiis locutus sum uobis;
uenit hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis. sed palam
de patre meo annuntiabo uobis; Possem dicere hanc de qua loquitur
horam futurum oportere seculum intellegi. ubi uidebimus palam
quod beatus paulus dicit. facie ad faciem. ut quod ait. haec in
prouerbiis locutus sum uobis. hoc sit quod ab eodem apostolo
dictum est. uidemus nunc per speculum in enigmate; annuntia
bo uobis. quia per filium pater uidebitur; iuxta illud quod
alibi ait. neq; patrem quis cognoscit nisi filius. et cui uoluerit
filius reuelare; Sed istum sensum uidetur inpedire quod sequitur;
Illo die in nomine meo petetis. In futuro enim seculo cum perue
nerimus ad regnum ubi similes ei erimus. quoniam uidebimus eum
sicuti est; quid petituri sumus? quando satiabitur in bonis desi
derium nostrum? unde et in alio psalmo dicitur; Satiabor
cum manifestabitur gloria tua; Petitio namq; alicuius
indigentiae. quae ibi nulla erit ubi haec satietas erit; Relinqui
tur itaq; quantum sapere ualeo. ut intellegatur ihs discipu
los suos de carnalibus uel animalibus se spiritales promisisse
facturum. quamuis nondum tales quales erimus. quando
spiritale etiam corpus habebimus. sed quales erat qui dicebat.
sapientiam loquimur inter perfectos. et non potui uobis loqui
quasi spiritalibus sed quasi carnalibus. et non spm huius mundi
accepimus sed spm qui ex deo est. ut sciamus quae a deo donata
sunt nobis quae et loquimur non in sapientiae humanae doc
tis uerbis sed doctis spu spiritalibus spiritalia comparantes;
Animalis autem homo non percipit quae sunt spus di; Non itaq;
percipiens quae sunt spus di homo animalis sic audit quae
cumq; audit de di natura. ut aliud quam corpus cogitare
non possit quamlibet amplissimum. uel inmensum. quam
libet lucidum ac speciosum corpus. tamen ideo prouerbia
illi sunt quaecumq; dicta sapientiae de in corporea
inmutabiliq; substantia non quod ea tamquam prouer
bia deputat. sed quia sic cogitat quomodo qui prouerbia
solent audire. neq; intellegere; Cum uero spiritalis coepe
rit omnia diiudicare. ipse autem a nemine diiudicari. etia

ſi in hac uita adhuc uelut per ſpeculum ex parte perſpicit. tamen nonnullo
corporiſ ſenſu. non ulla imaginaria cogitatione que capit aut fingit
qualiumcumq; ſimilitudineſ corporum. ſed mentiſ certiſſima intel
legentia dm̄ non corpuſ eſſe ſed ſpm̄; ita per clam de patre adnuntian
te filio ut eiuſdem ſubſtantie conſpiciatur & ipſe qui adnuntiat; tunc
in eiuſ nomine petunt qui petunt. quia in ſono eiuſ nominiſ non aliud quã
reſ ipſa eſt quae hoc nomine uocatur intellegunt; Hec animi uanitate
uel infirmitate confingunt tamquam in alio loco patrem. in alio filiũ
ante patrem ſtantem & pro nobiſ rogantem ſpatia ſua quaeq; amborũ
occupantibuſ molibuſ & uerbum ad eum cuiuſ eſt uerbum facere.
uerba pro nobiſ interuallo interpoſito inter oſ loquentiſ & auriculaſ
audientiſ & alia talia quae ſibi animaleſ idemq; carnaleſ in cordibuſ
fabricant; quidquid enim tale ſpiritalibuſ de deo cogitantibuſ ex corpo
rum conſuetudine occurrit. negando atq; reſpuendo tamquam
inportunaſ muſcaſ ab interioribuſ oculiſ abigunt & in ſinceritate eiuſ
luciſ adquieſcunt. qua teſte ac iudice haec ipſaſ imagineſ corporum
ſuiſ internis aſpectibuſ inruenteſ. falſaſ omnino eſſe conuincunt.
Hi poſſunt utcumq; cogitare dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m inquantum homo eſt
pro nobiſ interpellare patrem. inquantum autem dſ eſt. noſ exaudi
re cum patre. quod eum ſignificaſſe arbitror ubi ait. & non dico uob.
quia ego rogabo patrem de uobiſ; ad hoc quippe intuendum quomodo
non rogat patrē filiuſ. ſed ſimul exaudiunt rogantes pater & filiuſ.
non niſi ſpiritaliſ oculuſ mentiſ aſcendit. Ipſe enim pater inquit amat uoſ.
quia uoſ me amaſtiſ. ΠΕ ΦΙΛΗ ΚΑΤΕ. Ideo amat ille. quia noſ ama
muſ. an potiuſ quia ille amat. ideo noſ amamuſ; ex epiſtola ſua euange
liſta idem ipſe reſpondeat; noſ diligimuſ inquit. quia ipſe prior dilexit
noſ; hinc ergo factum eſt ut diligeremuſ. quia dilecti ſumuſ. prorſuſ
donum dei eſt diligere dm̄. ipſe ut diligeretur dedit. qui non dilectuſ dilexit.
diſplicenteſ amati ſumuſ. ut eſſet in nobiſ unde placeremuſ; Non enim
amaremuſ filium. niſi amaremuſ & patrem; amat noſ pater. quia noſ
amamuſ filium. Cum a patre & filio accepimuſ ut & patrem amemuſ.
& filium; Diffundit enim caritatem in cordibuſ noſtriſ amborum
ſpſ. per quem ſpm̄ & patrem amamuſ & filium. & quem ſpm̄ cum patre
amamuſ & filio. Amorem itaq; noſtrum pium quo colimuſ dm̄. fecit
dſ & uidit quia bonum eſt. Ideo quippe amauit ipſe quod fecit. ſed
non in nobiſ faceret quod amaret. niſi ante quam id faceret noſ
amaret; & credidiſtiſ inquit. quia ego a deo exii; Exii a patre & ueni.

in mundum; Iterum relinquo mundum & uado ad patrem; plane credidimus.
neque enim propterea deb& incredibile uideri. quia sic ad mundum uenit ut
exiit a patre ut non desereret patrem. & sic uadit ad patrem relicto mundo.
ut non deserat mundum; Exiit enim a patre. quia de patre est; In mundum
uenit. quia mundo suum corpus ostendit quod de uirgine adsumpsit;
Reliquit mundum corporali discessione. perrexit ad patrem hominis ascen
sione. nec mundum deseruit praesentiae gubernatione; INCP SERM CIII
DE EO QUOD DICIT. DICUNT DISCIPULI EIUS. ECCE NUNC
PALAM LOQUERIS. USQ AD ID. SED CONFIDITE EGO UICI MUNDUM
Quales erant discipuli xpi. quando cum eis ante passionem loquebatur
magna cum paruis. sed sicut oportebat ut magna dicerentur
& paruis. quia nondum accepto spu sco quemadmodum eum post
eius resurrectionem uel ipso insufflante uel desuper acceperunt
humana magis quam diuina sapiebant. Multis indiciis per totum euan
gelium declaratur; unde & hoc est quod in ista lectione dixerunt. Ait enim
euangelista; dicunt discipuli eius; Ecce nunc palam loqueris & prouer
bium nullum dicis; Nunc scimus. quia nosti omnia. & non opus est tibi
ut quis te interrog&; In hoc credimus. quia a do existi. Ipse dns paulo ante
dixerat. haec in prouerbiis locutus sum uobis. uenit hora cum iam non in
prouerbiis loquar uobis. Quomodo ergo isti dicunt. ecce nunc palam
loqueris & prouerbium nullum dicis; Numquid hora iam uenerat.
qua non iam in prouerbiis se promiserat locuturum. Prorsus quod non
dum illa hora uenisset. continuatio uerborum eius ostendit. quae ita
sese hab&; Haec inquit in prouerbiis locutus sum uobis. uenit hora cum
iam non in prouerbiis loquar uobis sed palam de patre meo adnuntiabo
uobis; Illo die in nomine meo p&etis. & non dico uobis. quia ego rogabo patrem
de uobis. ipse enim pater amat uos. quia uos me amastis & credidistis quia
ego a do exii. Exii a patre & ueni in mundum. Iterum relinquo mundum
& uado ad patrem. Cum per haec uerba omnia adhuc illam promittat
horam qua non iam in prouerbiis loqu&ur. sed palam de patre adnunti
abit eis. in qua hora dicit eos in suo nomine p&ituros. nec se patrem de
illis rogaturum. eo quod ipse pater amat eos quia ipsi amauerunt xpm
& crediderunt quod a patre exierit & uenerit in mundum. iterum relic
turus mundum & iturus ad patrem; Cum ergo adhuc promittatur
illa hora in qua sine prouerbiis locuturus est. cur isti dicunt.
ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis. nisi quia illa
quae sciit ipse non intellegentibus esse prouerbia illis usque adeo non in